Publii Ovidii Nasonis

Amorum Elegiæ Duæ

Latine et Suethice

Cum Notulis Edidit

JOH. GUST. EK,
Eloqu. et Poës. Prof.

Pro Laurea

Disputaturus Publice Defendet

ANDREAS SAHLÉN,
Philos. Cand., Gothus.

In Auditorio Carolino die XII Junii MDCCCL.

I. 2.

Lundæ,
typis Berlingianis,
MDCCCL.

I. 9.

Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido:
Attice, crede mihi; militat omnis amans.
Quæ bello est habilis, Veneri quoque convenit, ætas:
Turpe senex miles, turpe senilis amor.
Quos petiere duces annos in milite forti,
Hos petit in socio bella puella toro.
Pervigilant ambo: terra requiescit uterque:
Ille fores dominæ servat, at iste ducis.
Militis officium longa est via. Mitte puellam;
Strenuus exemto fine sequetur amans.

I. 9.

Krigar, gör hvar och en kär; och sitt läger har också Cupido;
Atticus, tro du mitt ord: krigar, gör hvar och en kär.
Ålder, för kriget beqväm, är för Venus passande ålder.
Styggt — är en åldrig soldat; styggt — är en åldrig och kär.
Åren, som hos en tapper soldat fältherrarne söka,
Söker ock flickan hos den, som skall få dela dess bädd.
Begge de vaka i kapp: och på jorden de lägra sig båda,
En vid sin öfverstes dörr, en vid sin flickas på vakt.
Långa vägar soldaten får gå: sänd flickan blott undan;
Toge ock vägen ej slut, älskaren följde ändå.

Ibit in adversos montes, duplicataque nimbo
Flumina: congestas exteret ille nives.
Nec freta pressurus tumidos causabitur euros;
Aptaque verrendis sidera quæret aquis.
Quis nisi vel miles, vel amans, et frigora noctis
Et denso mistas perferet imbre nives?
Mittitur infestos alter speculator in hostes:
In rivale oculos alter ut hoste tenet.
Ille graves urbes, hic duræ limen amicæ
Obsidet: hic portas frangit, at ille fores.
Sæpe soporatos invadere profuit hostes;
Cædere et armata vulgus inerme manu.
Sic fera Threïcii ceciderunt agmina Rhesi:
Et dominum capti deseruistis equi.

Ginge mot hindrande berg och af regnet fördubblade floder:
Trampade ned sig med lust uti den hopade snön.
Borde han fara på sjön, han ej skyllde på svällande vindar;
Sopade vattnen, fast ej ledande stjernor han såg.
Hvem, om han ej är soldat eller kär, fördrager väl nattens
Kyla och fallande snö, blandad med skurar af regn?
Denne man sänder åstad, för att hätska fiender speja;
Denne med spejande blick följer fiendtlig rival.
Städer belägrar den här; men den här sin älskades hårda
Tröskel; den ene en port spränger, den andre en dörr.
Ofta, när fienden sof, var det tjenligt att göra sitt anfall,
Drabba på vapenlös skara med vapen i hand.
Så med de vilda hoparne föll den Thraciske Rhesus;
Fångade hästarne då sveko sin herre på stund.

Sæpe maritorum somnis utuntur amantes;
Et sua sopitis hostibus arma movent.
Custodum transire manus vigilumque catervas,
Militis et miseri semper amantis opus.
Mars dubius: nec certa Venus; victique resurgunt,
Quosque neges umquam posse jacere, cadunt.
Ergo desidiam quicunque vocabit amorem,
Desinat: ingenii est experientis amor.
Ardet in abducta Briseïde magnus Achilles:
Dum licet, Argolicas frangite Troes opes.
Hector ab Andromaches complexibus ibat in arma,
Et galeam capiti, quæ daret, uxor erat.
Summa ducum, Atrides, visa Priameïde fertur
Mænadis effusis obstupuisse comis.

Ofta af äktamännernas sömn sig älskarn betjente:
Först när han fienden såg domnad, till vapen han grep.
Smyga sig genom väktares hop och postande skaror
Ej blott soldatens bestyr, älskarens äfven det är.
Opålitlig är Mars, och Venus ej säker: de slagna
Resa sig: hvad du ej trott någonsin falla, det föll.
Alltså: om någon ännu ser idel lättja i kärlek,
Ändre han tanke; ty der snille och öfning behöfs.
Brinner ej sjelfve Achilles af sorg, då Briseis man bortfört?
Troer! nu står det er fritt; bryten Argivernas makt.
Hector ju rusade ut ur Andromaches armar till vapnen:
Den åt hans hufvud en hjelm räckte, — hans maka det var.
Furstarnes hufvudperson, Atriden, när Priami dotter
Vild och med fladdrande hår syntes, af häpnad betogs.

Mars quoque deprensus fabrilia vincula sensit:
Notior in coelo fabula nulla fuit.
Ipse ego segnis eram discinctaque in otia natus;
Mollierant animos lectus et umbra meos.
Impulit ignavum formosæ cura puellæ,
Jussit et in castris æra merere suis.
Inde vides agilem nocturnaque bella gerentem:
Qui nolet fieri desidiosus, amet.

Mars, ertappad en gång, konstslingade bojorna erfor:
Aldrig en sägen der var mera i himlen bekant.
Sjelf var jag trögrodd förr och till veklig förströelse skapad:
Skuggan, min makliga bädd hade förslöat min själ.
Gaf så bekymret för älskliga mör den late en ansats;
Drog i det lägret mig in, bjöd mig att tjena för sold.
Derför du rörlig mig ser och på nattliga fejder begifven:
Den som vill komma ifrån lättja, han älske som jag.

I. 9.

V. 6. *Vælger den Skjönne hos ham, hvem hun sin Kjærlighed gav.* Laudo, quod in usum Delphini, ut dicitur, interpretatus est, etsi mihi non præsto fuit, quomodo, magis fortasse in verbis, quam in re, fastidiosæ nostrorum hominum modestiæ consulerem. Id vero non laudo, quod ita, ut ex illa interpretatione videri possit *amari ante coeptum* esse, quam sit, qui ametur, delectus.

v. 9. *Langveis tidt Soldaten maa gaae. Men lad Pigen kun reise*
Da vil Elskeren snart fölge til fjerneste Sted.

Hæc, sive linguæ est virtus, sive hominis, tam apta sunt et concinna, ut, qui æmulari non possit, laudet certe.

v. 17, 18. Hic Danum potius, quam Latinum poëtam me interpretari, facile quispiam dixerit. Ille enim ita:

Hiin man sender afsted for at speide den fiendtlige Krigshær:
Denne med speidende Blik fölger en fiendtlig Rival.

v. 33—40, His exemplis non tam ea, quæ proxime antecesserant, illustrantur, sed quam vim habeat in animos hominum amor, ostenditur, qui mutuus si sit, ad egregia facinora excitet (Hector, Andromache) si aut non mutuus (Agamemnon, Cassandra) aut impeditus (Achilles, Briseis) aut ab invidis et malevolis non satis cautus (Vulcanus, Venus) vel moerorem habeat vel stuporem vel denique turpitudinem. Hæc autem omnia quid huc? suo jure aliquis quæsiverit. Est profecto ille locus Ovidii ex iis, de quibus Horatius in epistola ad Pisones 15—19 ita:

Purpureus late qui splendeat unus et alter
Assuitur pannus, quum lucus et ara Dianæ
Et properantis aquæ per amoenos ambitus agros
Aut flumen Rhenum aut pluvius describitur arcus:
Sed nunc non erat his locus.

Amicus enim Ovidius, sed magis amica veritas, quæ vetat negare, ex quatuor illis exemplis ne id quidem, quod unum amoris non desidiosi existimari potest, amantem ipsius amoris causa ad agendum impulsum præbere. — Quantopere vero maxime illum locum de Achille Briseïdem depereunte (ut cum Plauto loquar) adamaverit Ovidius, videre licet comparanti Rem. Am. v. 777.

Hoc et in abducta Briseïde flebat Achilles.